



Moderatore Christo!

DE

**Haeresibus nobis a Pontificiis falso
imputatis,
DISSERTATIO APOLOGETICA.**

§. I.



Olennis ac perpetuus mos fuit ecclesiae puriori, ut quotiescunque cum hostibus non unius generis congregandum esset, aliis non armis utendum sibi censeret, praeterquam verbo DEI solo, & ad profligandos errores omnes sufficientissimo. Noluit enim cum illis, qui carnalibus armis utuntur, *κατὰ σάρκα στρατεύεσθαι*, atque ex simili armamentario tela depromere: expediebat habere gladium DEI, qui erat *δυνατός τῷ Θεῷ πρὸς κατάρσεις τῶν ὀχυρωμάτων*, & divina potentia praeditus ad λογισμὸς humanarum traditionum ac rationem discutiendos, ad πᾶν ὑψωμα ἐπαυρόμενον, sublimitatem excelsissimam destruendam, & devastandos muros externae potentiae 2. Cor, X, 3. Imo tam efficacem frequenter hunc gla-

A 2

gla-